

A Predicatuus sunt quæ simpliciter proponuntur id est quibus
 nulla uis conditionis adiungitur. ut si quis simpliciter dicat
 cælum esse uolubile at si huic conditio copuletur fit ex duabus
 propositionibus una conditionalis hoc modo cælum si rotun-
 dum sit esse uolubile hic enim conditio efficit ut ita demum
 cælum uolubile esse intellegatur rotundum. quod igitur alie
 propositiones predicatuus sunt alie conditionales predicatu-
 uarum partes terminos appellamus. his predicatuus atque
 subiectus. Terminos aut uocauerba & nomina quibus proposi-
 tio necitur ut nea propositione quæ dicimus homo iustus est
 hæc duo nomina id est homo & iustus propositionis partes
 uocentur. Eosdem & iam terminos dicimus quorum quidem
 alter subiectus alter predicatuus;

Subiectus est terminus qui minor est;

Predicatuus uero qui maior ut nea prepositione quæ dicatur
 homo iustus. homo quidem minor est quam iustus non enim
 in solo homine iusticia esse potest uerum & iam in corporeis
 diuinisque substantiis atque ideo maior est terminus iustus
 homo uero minor. Quod fit ut homo quidem subiectus sit ter-
 minus iustus uero predicatuus. Quod uero huiusmodi propositiones
 simplices alterum habent predicatuum terminum alterum
 uero subiectum. A maioris priuilegio pars propositio predi-